

IV.

Subiectum cui primario proxime & immediata-
re inhaeret originale peccatum, est anima hominis
cum suis facultatibus, tam superioribus quam in-
ferioribus. Subiectum secundarium peccati ori-
ginalis est corpus hominis ejusdemque membra.

V.

Pari ratione & Renovationis primarium subje-
ctum est anima hominis, quoad intellectum volun-
tatem & appetitum sensitivum; secundarium vero
illius subiectum est corpus, quatenus ejus membra
animæ sanctificatae subjiciuntur, & sistuntur arma
justitiæ DEo & serva justitiæ ad sanctimoniam,

VI.

Renovatio non essentiae sed qualitatum muta-
tionem infert.

VII.

Forma Bonorum operum absoluta consistit in
conformitate cum lege Dei; forma vero relata ad
complacentiam divinam, fides est.

VIII.

Finis Bon. Operum ultimus ac principalis est
Gloria Dei, & quicquid ad hunc finem non dirigi-
tur, id, quamvis videatur esse bonum opus, reve-
ra tamen, opus bonum non est.



Coll. chiss. A. 198. 23